terrā pmissionis. Uñ sequit Postcōmunio. Letabimur in salutari tuo. ⁊ est pmitoni. qz omnis leticia a deo est.

De quarta feria.

Sequit quarta feria. q̄ est cathezizandozuz. qz eo die ducunt ad eccl'am cathecumi. ⁊ cathezizant. i. instruunt. ⁊ B est tertiū scrutiniū vt iam dicet. Ut aūt fuiam' ꝓsuetudini eccl'e italie q̄ scrutinij solennitatē obfuat. ⁊ iuribus de illo loquētib'. ⁊ qz etiā q̄daz de his q̄ in illo fiunt vbicq̄ in baptizando fuantur. ideo aliq̄ de illo dicam'. vicz q̄d sit scrutiniū. ⁊ vñ dicat ⁊ oziginem traxit qñ ⁊ quotiens ⁊ q̄re in tpibus statuti fiat q̄d in eo fiat vsq̄ ad exorcismū. ⁊ q̄d ab exorcismo vsq̄ ad eccl'e ingressuz. ⁊ quid ab ipo ingressu vsq̄ ad finē. Et q̄re hec omia fiant. Subsequent vo de officio misse huius diei dicem'. Scrutiniū nihil aliud est q̄ fidei ⁊ religionis xpiane inquisitio. Est em q̄si quoddam iter seu pparatio ad baptismū. ⁊ dr a scrutādo. i. inq̄rēdo. qz fidei ⁊ religionis inq̄sitio fit in eo. Unde oziginem traxerit iam dicet. Incipit autez fieri scrutiniū in quarta feria tertie hebdomade q̄dragesime. sed in hac q̄rta fit solēne. Fiebāt em in pmitiua eccl'a septē scrutinia duo. s. in q̄rta feria ⁊ sabbato tertie hebdomade. ⁊ duo in hac q̄rta feria ⁊ sabbato hui' q̄rte hebdomade. ⁊ duo in q̄rta feria ⁊ sabbato q̄nte hebdomade. ⁊ vnuz in q̄rta feria vltime hebdomade. in q̄bus adulti q̄ venturi erāt ad baptismum docebant oratiōz dñicā ⁊ simbolū. vt in sequēti tunc sabbato in q̄ baptizādi erāt vtrūq̄ añ baptismū scirēt. Et adhuc hodie i quibusdā eccl'ijs septē fiunt scrutinia ppter septiformem grām spūssancti. Sed tertium vicz hac die solennissimū. ⁊ in oib' eccl'ijs ordinē romanū sequētibus in q̄libz scrutinio dicit missa scrutinij vicz. Dū sanctificatus fuero. de q̄ iam dicet. Dicunt etiaz ppe collecte p cathecumis. vt Omnipotens sempiterne de' eccl'am tuā. Item remedij ⁊c. Sz q̄rit q̄re tertiū scrutiniuz sit solēne ⁊ nō pmum nec secundū? Respondetur ad notandū q̄ nec pma etas. i. ifantia nec scda. i. puericia ita apta est fuitio dei. sicut illa in qua maxie discretio boni ⁊ mali haberi incipit. ⁊ in qua ꝗ carnē pugnatur. Inde est etiā q̄ nō pma trib'. id ē tribus iude. nec scda. i. tribus simeon. sed tertia. i. leuitica sacrificijs domi est deputata Sed nec in pmo libzo pēthateuci nec in secūdo agit de sacrificijs. sed in tertio put dictum est in pcedenti domica. Fit aūt scrutiniū in hac septima hebdomada a septuagesima. qz dū iudei fuerūt in babylonica captiuitate miscuerūt se int eos quidam de gētib'. Uñ post eozū reditū ignorabat de plurib' vtrum essent iudei vl nō Quidam etiam dicebāt se fore de leuitica tribu q̄ nō erāt. ⁊ se sacerdotes q̄ nō erant Ideoq̄ hesdras ⁊ alij sapientes genealogias diligent scrutati sunt. ⁊ iudeos a gētilibus. ⁊ leuitas a nō leuitis segregauerīt ita ⁊ nos in hac septima hebdomada que finē illi' septuagesime babylonice captiuitatis significat scrutiniū facim'. vt credentes ab incredul' segregem'. quos in sacro sancta solēnitate redemptōis nre ex aqua ⁊ spūsancto renouem' Nō em in pmitiua eccl'a alio tpe baptisma celebrat nisi forte mortis piculo imminēte. Omēs igit eccl'e ples q̄s p anni circulū vbi pabulo generabat hac die noia sua dabāt. in q̄b' pscrutandum erat ne qua radix amaritudis inesset. vt in hereticis. ne pus ill' sancta darētur q̄ xpiana fides radices in eozū mentibus fixisset. Uñ noib' datis q̄libet eozū p dies sequētes vsq̄ ad pasca fidei regulaz audiebat. ⁊ sic lactat' ⁊ grandescēs. in plenilunio. i. in baptismo plene fidei simbolū reddēs xpo in baptismo cōmoziebat ⁊ resurgebat. Pozro in hac q̄rta feria fit scrutiniū ppter mlta. Pozio qz ipa pfigurata est a q̄rta seculi etate q̄ fuit a dauid vsq̄ ad transmigratiōz babylonis. In qua nō solum iudee gentis inchoatū est imperium. verū etiā xpi ⁊ xpianozū regnum ex pmissione sumpsit exordiuz. iurante dño dauid. De fructu ventris tui ponā sup sedem tuam. Ideoq̄ merito in hac feria cathecumini ad xpi nomen accedūt. ⁊ xpiana religio in ea initiū capit Scdo qz sic in quarta feria stelle create sunt ⁊ in celo soli ⁊ lune ꝗuncte. ita ⁊ fideles hodie cōcipiūtur. qui xpo soli ⁊ eccl'e lune ꝗungūt ⁊ in celo. i. in patris regno iaz splendent in spe ⁊ in futuro splendebūt in re. Tertio quia

sicut in ārta etate edificatū est templū dñi
p Salomonem. sic ⁊ in hac ārta feria pre-
param⁹ baptizādos vt sint tēplū domio.
Quarto qr in ārta feria cepit nr̄a redēptō
i q̄ pditus est dñs a iuda. vt p redimēda
eccl'a morere⁹. iō ⁊ in quarta feria isti pre
parant. vt effectū pcipiant redemptōnis
Quito qr agnus. xiiij. dieb⁹ obſuabatur
⁊ pparabat. ⁊ luna. xv. imolabat. decet
vt in eccl'a noua soboles q̄ ad cōmoriēdu⁹
xpo in baptismo pparat diebus. xv. ante
riori ieiunio spūaliter saginata. etati lune
q̄ illam significat exequet. Sexto qr ārta
homis etas. s. iuuent⁹ p quartā feriā signi
ficata apta est plijs ⁊ gubnaculo imperij.
⁊ ideo cathecumini pparant in ārta feria
ad plium ꝯ diabolū ⁊ ad regimen ⁊ impe
rium regni dei. Hoc aūt ordine scrutinia
celebrantur. qm̄ a pncipio vsq̄ ad exorcis
mum hec fiūt. Prio q̄dem fit nom baptiz
zandorū p acolitū descriptio. ⁊ eor p no-
mina in eccl'a vocatio. Scdo masculorum
ad dexterā feminarū ad sinistrā ad ianuā
eccl'e. vbi fidem petūt deductio. Tertio p
exorcistā gemina interrogatio. vna de re-
nunciatōe diaboli. alia de fide xpi. Quar
to demonis exufflatio. Quinto crucis frō
te expressio. Sexto dr oro. Septimo fit in
ore sal' impositio. Q igit noia p acolitum
scribūt. exq̄ etiā ipe notarius dictus est si
gnificat q noia fidelium in libro vite scri-
pta sunt. Q nominati vocāt. significat vo
catiōz fideliū ad vitam eternā. Ceteruz ia
nua xpus est. ducunt igit credituri ad ia-
nuam. i. ad xpm. q̄ de seipo dicit. ego sum
hostium. p me siq̄s introierit saluabit. Q
vero masculi ponunt a dextera ⁊ femie a si
nistra. designat q virilit agentes a dextris
⁊ effeminati a sinistris in iudicio statuent
Q abrenunciāt diabolo p b̄ se a iugo eius
cui ex originali sunt obnoxij subtrahunt.
Per b̄ em̄ q fidem xpi profitent. iugo chri-
sti se subijciūt. Demonis exufflatio est po
testatis eius debilitatio. Crux q̄ impmit
fronti est vexillū nostrum quo diabolum
vincim⁹. Nō fit aliud signuz nisi crux. vt
in hoc solo signo diabolus sciens se esse vi
ctum ꝯtremiscat ⁊ fugiat. Fit autem in se
de pudoris. i. in fronte. ne erubescat fidel'
cōfiteri dñm suum esse crucifixū. Oratō ꝯ
diabolum est munitio. Sal' in ore positio
est sapie condimentū. Hec plenius dicta
sunt in pte pma sub ti. de vnctiōibus. ⁊ di
centur sub sabbato sancto. Nūc dicen-
da sunt que ab exorcismo vsq̄ ad ingressū
eccl'e fiunt. Primo diabolus exorcisatur.
⁊ ter repetunt ꝛba illa. Audi maledicte
diabole ⁊c. Secūdo masculi seorsuz et fe-
mine seorsum ponuntur Tertio ad moni-
tionem diaconi capita inclinant cathecu-
mini. ⁊ sup eos oro domica ⁊ simbolū dr.
Quarto a sacerdote aures ⁊ nares illorum
saliua tangunt. Quinto ab acolito illumi
nant. Sexto a diacono euangeliū sup eos
dicit. Septimo p ostiariū in eccl'az intro-
ducunt. Primo q̄ exorcizat diabolus. i.
adiurat vt a fidelibus recedat. Ter repe
tūt verba illa. audi maledicte diabole ⁊c
qr in confessione trinitatis diabolo resisti
tur. Seorsum masculi ⁊ seorsum femis fit
exorcismus. qr maioribus maiora. minori
bus minora sunt pponenda. Q ad ammo
nitionem diaconi capita inclinant significat
q deo cōmunicaturi acclamāte diaco
no capita inclinabāt. ⁊ b̄ oro p cōmuniōe
habet. Q simbolū ⁊ oratōz dñicaz sacer-
dos sup capita eorū dicit notat q templū
dñi ꝯ diabolū munit. Aures ⁊ nares sali-
ua tangit. vt doctrinā de ore pdicatoris p-
cedentē fideles libent audiāt. ⁊ ipa eis bñ
redoleat quoadusq̄ spūm hñt in narib⁹.
id est q̄diu viuūt. Ipor illuminatō est te
nebrarū ignorātie ⁊ peccati p lumē intelli
gentie effugatio. Euāgeliū qd sup eos dr
est doctrina saluatoris q̄ instruunt. Bein-
de p ostiariū introducūt. qr post impletō
nem euāgelij p ostiariū. i. p spūmsanctum
in celestem patriā introducunt. Post
hec dicēda sunt ea q̄ ab ingressu eccl'e vs-
q̄ ad missaz fiūt. Prio masculi ad austruz
statuunt. femine ad aq̄lonem. Inde q̄tuo-
r lectiones sup eos legunt. ⁊ q̄tuor ini-
tia euāgeliorū. Deinde duo vn⁹ mascul⁹
⁊ vna femina in sanctuariū ab acolitis por
tant. Post b̄ simbolū grece sup masc'os
latine sup feminas dr. His pactis eccl'am
ingrediūt. ⁊ sic missa cātat. Q aūt mascu
li ad austrū ⁊ femie ad aq̄lonez statuunt.
significat q fortiores hostib⁹ tēptationuz
obijciendi sunt. ⁊ debiliores hūiliter sunt
erudiendi. Q quatuor lectōes sup eos le-
gunt significat doctrinā quatuor euange

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

liorum qua instruunt̃. Unde statim quatuor initia euangeliorũ legunt̃ sup eos. q̃ si cõgreget eos a quatuor partibus orbis Ex vnus masculus ⁊ vna femina portant̃ in sanctuariũ. significat ꝙ de vtroq; sexu fideles ascendũt in celum. Sed non ascendunt nisi vnus. i. in vnitate eccl'e ꝯstitut'. sicut ⁊ in ꝓbatica piscina nõ sanabat̃ nisi vnus. Ex simbolũ legit̃ sup masculos grece. ⁊ sup feminas latine ꝑ duas linguas q̃bus simbolũ legit̃ omnẽ linguã intelligi' Nam in grecis viguit sapia. in latinis. s. romanis potentia. ⁊ ita ꝑ has duas tanq̃ excellentiores omnẽ linguã intelligimus quasi cum apl'o ad Phil'. ij. dicam'. Omnis lingua cõfiteat̃. q⁊ dñs noster ih̃s xp̃s in gl'a est dei patris. Expositionem or̃ois domice ⁊ simboli in quarta ꝑte in suis locis exposuimus. Et attende ꝙ añ hanc quartã feriam in domica vel in scd̃a feria est hui' ferie scrutiniũ popul' annuncian/dum his v̄bis. Scrutinij diem dilectissi/mi fratres quo electi nostri diuinit' instruantur imminere cognoscite. id̃oq; solicita deuotiõe sequenti quarta feria circa horã nonam cõuenire dignemini vt celeste mysteriũ quo diabol' cũ sua pompa destruitur ⁊ ianua celestis regni aperit̃ inculpabili ministerio ꝑagere valeamus. In hac v̄o feria quarta finitis missarum solẽnijs p̃sbyter annũciat vt sabbato proximo ad scrutiniũ reuertant̃. ⁊ sic iterũ atq; iteruz annũciat donec septem scrutinia celebrentur. Sane expleto scrutinio dicitur missa vt p̃missum est. in qua legit̃ lectio et epl'a. q⁊ baptizandus in duob' est cathezizan/dus. i. instruendus. s. in nouo ⁊ in veteri testamẽto. maxime in illis que ꝑtinent ad baptismum. Rursus q⁊ instruendus est i fide ⁊ moribus. ideo due lectiões legũtur de quibus in eis cũ suis respõsorijs disputatur. Legit̃ em̃ de Philippo ꝙ eunucho euangelizauit iesum. Et s̃m augustinum Euãgelizare ih̃m est nõ tantũ docere credenda sed etiam que sunt post baptismuz s̃uanda. In prima ergo lectione. s. sanctificabo ⁊c̃. que sumpta est d̃ Ezech. xxxvj de fide agitur vbi dicit̃. Tollaz inq̃t vos de gentibus ⁊ congregabo vos de vniũ/sis terris. ⁊ effundam sup vos aquã mundam. ⁊ mundabimini ab omnibus inq̃na

mentis vestris. ⁊ dabo vobis cor nouum Fideles enim de varijs terris congregati sunt in ecclesia. ⁊ aqua salutaris baptismi sup eos effusa est qua ab vniũsis peccatis ⁊ erroribus sunt mũdati. ⁊ datum est eis cor nouũ vt credant in xp̃um. De hac lectione sumit̃ introitus. Dum sanctificat' fuero ⁊c̃. Vel ꝙ baptismo datur baptisa/to cor nouum. In versu autem. Bñdicaz dñm ⁊c̃. sunt gratiarũactiones de hac sãctificatõne. ⁊ est tertij toni. quia sanctificatio ꝑtinet ad trinitatem. Verũ q⁊ ꝑ talem sanctificationem fiunt homies filij dei. iõ sequit̃ graduale. Venite filij audite me. timorem domi docebo vos. quod est septimi toni. ꝓpter septem dona spũssancti q̃dant̃ in baptismo. Vel quia ad hoc ꝙ q̃s vere credat in xp̃um necesse est vt timeat deum. ideo sequit̃ ip̃m graduale. vbi seq̃tur de timore. Initium em̃ sapiẽtie timor domi est. Qui ergo radicem imponit cre/dulitatis eum a timore inchoare oportet. iuxta illud A timore tuo dñe concepimus ⁊ peperimus spũm salutis In scd̃a lectõe scz in epl'a. Lauamini ⁊c̃. que sumitur de Esa j. agit̃ abundant̃ de moribus vbi d̃r Quiescite agere ꝑuerse. discite bñfacẽ ⁊c̃ Et postea concludit̃ Et venite et arguite me dicit dñs. q. d. Si hoc feceritis ⁊ vos non remunerauero iure me tãq̃ iniustum redarguere potestis. Item dicit̃ ibi lauamini. s. ꝑ baptismũ. ⁊ estote. i. manete mũdi. s. ꝑ penitentiam. ⁊ ꝙ possint oñdit dicens. Auferte malum cogitationũ vr̃aruz ⁊ si fuerint peccata vestra vt coccinũ quasi nix dealbabunt̃ ⁊c̃. Verũ q⁊ illi q̃ fidem veram ⁊ bonos mores s̃uant. ad hereditatem domi ꝑtinere ꝓbant̃. idcirco sequitur graduale. Beata gens cui' est domi' deus eius. ꝓpl's quem elegit in hereditatẽ sibi. Hi efficiunt̃ celi q̃ verbo. i. filio dei firmantur. Unde sequit̃ v̄sus. Verbo domi celi firmati sunt ⁊c̃. Itẽ q⁊ in talib' locum hz beatitudo. ideo g̃duale illud est primi toni. q⁊ beatitudo a solo deo est. Ab his q̃z nõ discrepat euangeliũ. s. Preteriẽs iesus vidit. Joh. ix. qd̃ est de illumiatõe ceci. q⁊ ceci illuminant̃ in baptismo. Uñ dicitur ibi. Lutũ fecit dñs ex sputo ⁊ p̃cepit ceco vt lauaret se in natatorio siloe. i. xp̃i. q̃ missus fuit a pr̃e. i. in baptismo vl'in do

ctrina xp̄i. de quo d̄r Gen̄. penul̄. c. Non
auferet̄ sceptrū de iuda. ⁊ dux de femore
ei⁹. donec veniat q̄ mittēdus est. Hebre⁹
hz donec veniat silo. i. missus Postmodū
in gr̄aꝝactiōe seq̄t̄ offertoriū scd̄i toni. ꝓ/
pter illuminatōz ⁊ ꝯfirmatōz. Dicto autē
offertorio archidiacon⁹ ascēdit pulpitum
clamās alta voce. Si q̄s est cathecumin⁹
exeat foras. ꝓut dictū est in ꝓhemio q̄rte
ꝑtis. Et tunc oēs cathecumini exeunt fo=
ras. ⁊ sic fit septies p̄usq̄ baptizent̄. vicz i
q̄libet scrutinio. qꝛ q̄ regenerati non sunt.
nec iter dei filios cōputari. nec christi my=
sterijs ꝯuenit interesse Quidā tñ cathecu
minos añ euangelium de eccl̄a eijciūt. qd̄
nō laudamus. cū eis sit euangeliū p̄dican
dum. sicut ⁊ apl̄i p̄mitijs gentiū euāgeliū
p̄dicauerūt. Sed sacrificio interesse nō de
bent. tum qꝛ sacerdos orat ꝓ circūstātib⁹
q̄rū fides deo cognita est ⁊ nota deuotio
at isti nōdum fideles vocant̄. tuz quia qd̄
conficit̄ fidelibus porrigit̄. In postcom=
munione v̄o agit gratias cecus de illumi
natione sua dicens. Lutū fecit domin⁹ ex
sputo. Joh̄. ix. ⁊ est p̄mi toni. qꝛ ad locum
vñ exeunt flumina reuertunt̄ vt iteꝝ flu/
ant. sic aūt recognoscēdo bona debemus
agere deo gratias. Hec q̄rta feria in h̄
p̄uilegiata est. qꝛ in ea legunt̄ due lectōes
ꝓ eo q̄ in sequēti sabbato ordies celebrā/
tur. Item quia hac die ordinādi examinā
tur. Itē qꝛ hac die fit scrutiniū baptizan=
dorum in sabbato pascali. vt premissum
est.

De quinta feria.

Quinta feria
ostendit̄ q̄ nō est sanctifica=
tio nisi a deo. Unde introi=
tus est. Letet̄ cor querentiū dominū. Et
post. Querite faciem ei⁹ sp̄. ⁊ est secūdi to
ni. qꝛ q̄ritur vt habeat̄. ⁊ postea vt āplius
habeat̄. quāto em̄ magis habet̄. tāto ma
gis querit̄. Epistola v̄o. Venit mlr̄. ⁊c̄.
iiij. Regl. iiij. est de resuscitatōe filij mulie
ris sunamitis quem resuscitauit heliseus
⁊ incuruauit se sup̄ puerū ⁊ pueri qualita
ti se conformauit. puer v̄o septē oscitatio
nes emisit. ⁊ sic est resuscitat⁹. Nēpe suna
mitis interp̄tat̄ captiua. fili⁹ ei⁹ est genus
hūanū. qd̄ d̄r puer ꝓpt̄ paruitatē sensus.
baculus de q̄ ibi d̄r est lex q̄ ꝑcutit dicens.
oculū ꝓ oculo ⁊c̄. q̄ neiem ad ꝑfectōez du
cit. helizeus v̄o. i. xp̄s inclinauit se super
hūc pueꝝ. i. exinaniēs se fact⁹ est ei similis
⁊ resuscitat⁹ ē. Sz oportet vt septē oscita=
tiones emittat. Pr̄ia est fidei. qꝛ sine fide
nō est introit⁹. Primo em̄ veritati dz q̄s
credere. ⁊ oīa possibilia sunt credēti Dñe
inq̄t leprosus si vis potes me mūdare. et
dixit. volo. mūdare. Scd̄a oscitatio est ti=
mor. Tertia est dolor de peccatis. qꝛ mise
ricordia nō fit sine iusticia. Quarta ꝓposi
tum ꝯfitendi. Quinta est ꝓpositū satisfa/
ciendi. Sexta ꝓpositū decetero nō peccā=
di. q̄. s. nō offendat deū creatorē suuz. Et
omīa ista debēt fieri in spe vite eterne gl̄e
Vñ spes est septīa oscitatio. Rñsoriuz est
Respice in testamentū tuū. Et post. Ex/
urge. i. fac nos exurgere. ⁊ est q̄nti toni ꝓ
pter q̄nq̄z sensuū reparatiōez siue innoua
tionem. Euāgeliū v̄o. Ibat ih̄s ⁊c̄. Luce
vij. est de resuscitatiōe filij vidue cui dñs
dixit. Adolescens tibi dico surge. In qui
busdā autē eccl̄ijs dicit̄ illud euangelium
Sicut pr̄ suscitat mortuos ⁊ viuificat ⁊c̄.
Sequit̄ offertoriū. Dñe ad adiuuādū ⁊c̄
septimi toni ꝓpter septē oscitatōes in gr̄a
rumactiōes. Postcōio v̄o est de et̄na bti=
tudine. s. Dñe memorabor iusticie tue. cui
competit dare eternā beatitudinez. q̄ erit
octaua resurrectionis.

De sexta feria.

Sexta feria ꝓr
sus idē dicit qd̄ q̄nta. ⁊ ē introi
tus Meditabor ⁊c̄. Versus.
Celi enar. i. scti. ⁊ ē p̄mi toni. qꝛ i solo deo
ponit spem. In epl̄a. Egrotauit ⁊c̄. iij. re=
guz. xvij. ponit̄ resuscitatio filij vidue ab
helia. Rñsoriū ē. Bonū ē sperare in dño.
supple q̄ resuscitat. ⁊ ē q̄nti toni. ea rōe q̄ in
p̄cedēti feria dicta est. Seq̄t̄ Euāgelium
Erat q̄dā. Joh̄. xj. de resuscitatōe lazari.
q̄ hac die resuscitat⁹ est. Et offertorium in
gr̄aꝝ exhibitōz. ꝓpl̄um hūilē saluū facias
dñe ⁊c̄. p̄mi toni. eadē rōe. qꝛ. s. i solo deo
sperādū est. In postcōione v̄o habetur q̄
ad p̄ces eaꝝ. s. marie ⁊ marthe suscitatus
fuit lazarus. vidēs dñs flentes sorores la
zari ⁊c̄. Joh̄. xj. ꝑ quod significat̄ q̄ ad p̄=
ces sctōruz suscitat deus mortuos sp̄ualit̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf